



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qualiter innterdicatur religiosis viris à suo Monasterio egressus. punct. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

quiritur ad censuram contrahendam: dimitis enim tuae Religionis habitum, & expeditior redditis vagationi. Perseverare autem in dimissione non pertinet in textu, & merito, quia perseverantia non facit dimissionem, sed dimissionem, factam continuat, & extendit; & ita tenet Sylvestro verbo excommunicatio. 9. cap. 24. n. 33. Sayto de censur. lib. 3. c. 31. n. 16. Banuer. 2. 2. quaf. 12. art. 2. dub. 2. Suar. t. 5. de censur. disp. 23. f. 4. n. 31. & t. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. c. 5. n. 9.

12. Quartu[m] excusari ab incurrienda cenura, si ob aliquam actionem cedentem in proximorum salutem, qualis est infidellum, & hereticorum conuersio, dimittas habitum quam tam[en] retento habitu commode exercere non potes. Item si ob vitandum tui, tuor[um]que temporale periculum scandali, infamiae, iacturae, diuitiarum dimittas; quia illa dimissio non est temeraria, sed rationabilis, & prudens; & generaliter quatu[m] adeſt iusta causa dimittendi, id est in textu dicitur, nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari, sicut fecerunt omnes Doctores apud Sanc. lib. 6. sum. cap. 8. n. 41. Suar. t. 5. de censur. disp. 23. f. 4. n. 27. & 28. & t. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 5. n. 13. & 14. Quia autem sit iusta causa arbitrio prudentis relinquiri, nec opus est, ut de iustificatione illius evidenter constet, sufficiat, si probabilitas apparet; quia cognitione probabilis excludit temeritatem, & ex alia parte tirum sufficientem praestat ad prudenter operandum, Sic Suar. & Sanch. loc. alleg.

13. Quintu[m] excusari potes ab hac censura, & peccato, si dispensacionem obtinebas; cum enim haec prohibicio, & censura ex iure Ecclesiastico proveniat, dispensacione tolli potest. Ut autem licet a Pontifice preterea, adesse debet iusta causa arbitrio prudentis, ut bene adiuvetur Suar. t. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 5. n. 15. Hanc igitur dispensacionem nequit aliis a Pontifice concedere, quia est dispensatio in iure communis, & licet Praelatis regularibus date sit facultas in iure communis dispensandi, id intelligitur quod ad frequenter occurrentes, & regulari viendendo necessarias, qualis non est habitus dimissio. Quod si intes, sapere aggrederendum est opus, de quo dubium est, an ob illius executionem dimittere habitum possit, quo calu[rum] propriu[m] autoritate ne quis dimittere; quia in calu[rum] dubio excludante a lege lex seruanda est. At auctoritate Praelati optimè potes habere ergo potestatem dispensandi? Respondeo, illam non esse dispensacionem, sed auctoritatem legis interpretationis, interpretatur enim eo casu legem non obligare, & in hanc interpretationem faciendam in casu dubio Praelati potestare habent, ut potest recte subditorum regimini necessariam, Suar. dict. c. 5. n. 7.

P V N C T V M VII.

Qualiter interdicatur Religiosi viris a suo Monasterio egressus,

S V M M A R I V M.

- 1 Interditus est hic egressus, sed quo iure expenditur.
- 2 Non solum positivo sed naturali, supposita professione interdictur.
- 3 Quando sit peccatum mortale, vel veniale hic egressus sine licentia?
- 4 Ex licentia expressa, vel presumpta superioris peccato excusat.

1. Religiosi interdictum esse a monasterio egressum absque superioris licentia omnes Doctores firmant. Unde autem haec obligatio ostiatur, an ex iure naturali, positivo, an ex voto? non latius exploratum est. Monachis enim, quorum professio erat Deo vacare, & saluti propria incumbebat Alexander. II. in cap. iuxta 16. quaf. 1. videtur preceptum impossibile, ne è monasterio egredientur ibi, iuxta Calcedonensis tenorem, optimi Concilii monachis quamvis Religiosis ad Normam S. Benedicti intra claustrum morati præcipimus, vicos, castella, ciuitates peragrate prohibemus & in cap. qui rebus eadem causa, & quaf. iuxta Concilium Calcedonense, in locis, in quibus se semel Deo dedicaverunt, permanentes, & subdit p[ro]mam priuationis communionis his transgressoribus. Idem habetur in cap. placuit. & 2. & cap. monach. 2. eadem causa 16. q. 1. Sed quia haec decreta omnibus Religiosis communia non sunt, & præterea ex illis non satis colliguntur prohiberi egressum, sic, sed ad Ecclesiasticas functiones exercendas, quibus secundum suum statum monachi priuata erant, ut potest non sacerdotes, ea de causa ex illis non sumuntur efficax argumentum ad hanc obligationem pro omnibus regularibus statuendam. Efficacius vero definitius argumentum ex cap. quanto de officio ordinari. & clem. 1. 8. quia vero de Statu monach. Vbi directe prohibita diuagatione Religiosorum ad curias principum, supponitur intra claustra commorari debere iuxta regularia instituta. Denique Trid. f. 25. c. 4.

de Regularibus aperte hanc obligationem expressit dicens: Non licet regularibus à suis Conventibus recedere, etiam proximo ad superiores suos accedendi, nisi ab eis missi, aut vocati fuerint.

2. Verum non solum iure positivo, sed etiam naturali, supposita professione, & ex voto obedientie exstimo Religiosos obligatos esse claustrum non exire absque licentia superiorum. Nam ex voto professionis traduntur Religiosi Praelatis gubernandi, à qua gubernatione se subtrahunt fortius monasteriorum egressu. Item ex voto obedientie non solitus obligantur Praelatis parcer, sed parati esse ad obedientiam, quam dispositionem nequeunt habere, cum a Praelati oculis, & noritia reciderent. Sic Suar. t. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. c. 6. per totum speciem.

3. Sed inquires, quibus eventibus hic à monasterio dilectus sit peccatum mortale, vel veniale? Respondeo, ex omnium sententia, quoties ex officio potest scandalum, vel infamiam Religiosi, cum Religioni generari peccatum esse mortale, quia est signum manifestum grauitatis custodiam Religionis violatam esse. Hinc sit si non est discedas etiam ad horam peccare mortaliterque est discessus grave scandalum generans; nocturna enim, ac futuria è monasterio egresso erant non animo apostolandi facta, vnuus est ex calibus referuntur à Clem. V. I. I. non autem reservatur, nisi quod est peccatum mortale, manifeste. Deinde etiam est peccatum mortale si per diem ex eas animo pernoctandi extra monasterium gravem infamiam causat. Suar. dict. c. 6. n. 7. Quapropter ictum egressum diuum modo confutato existimmo polle a peccato mortali excusat, quia custodia Religionis, & subiectio Praelati debita non videtur grauitare lœdi. Suar. n. 10.

4. At peccato non solum mortali, sed veniali adiungit claustrum Religiosus excusat, quoties ex licentia expedita, vel praemittit superioris claustrum egreditur; quia pedeo iure communis non est illi abolitus interdictus egressus, sed egressus absque licentia. Quare posita licentia egressus licet. Quod adeo verum est, ut etiam licentia imprudentis, & absque iusta causa a superiori concessa (sufficiens) sit excusare omnem peccatum aduersus claustrum, & Praelati subiectioem esto aliunde committitur: quia quomodo inquit à superiori concedatur licentia, Religiosus est sub regime Praelati, & non extra. Notarunt dixi spectare iure communis, nam si speciales cuiusvis Religionis constitutions spectent, sunt aliisque Religiones præcipue ex Monachibus Carthusianis filii, & Camaldulenses, quibus sub peccato egressus à monasterio absque causa est ab solute prohibitus; in iis enim Praelatus absque rationabili causa licentiam concedat, nulla est concepcionis, ut potest dispensatio in lege superioris; ac proinde Religiosus vtens ea licentia censetur a monasterio sine licentia exire, peccatumque committere iuxta obligationem regulare, ut latius haec omnia proscriveat Suar. dict. 1. de Relig. tract. 8. lib. 1. c. 6. & n. 12. & seqq.

P V N C T V M VIII.

Qualiter feminis interdictum sit in monasterium virorum Religiosorum ingredi, ipsique Religiones eas admittere, & sub quibus panis?

S V M M A R I V M

- 1 Proponuntur constitutiones p[ro]p[ri]e.
- 2 Quae examinanda sunt in his constitutionibus.
- 3 Non comprehenduntur Reginae, nec de sanguine regia.
- 4 Fundatrices communis sententia docet comprehendunt, si expeditum probabilitate non caret.
- 5 Qua posunt ingredi decentem comitatum, & solitus definiuntur possunt.
- 6 Monasterium est locus prohibitus.
- 7 Quid sub nomine monasterii?
- 8 Ex pietate, & necessitate est licetus hic ingressus. Explicatur que causa necessitatis sit.
- 9 Explicatur causa pietatis.
- 10 Panis confititus, & panforefforibus expendantur.
- 11 Quid si feminam introductam fabulationibus detinatur, & monasterio egreditur?
- 12 Expenditur quis possit à supradictis p[ro]p[ri]e absoluiri. & dispendere.
- 13 Quis post latam sententiam.

1. Versio haec versatur in explicanda Constitutione p[ro]p[ri]e V. edita anno 1566, que incipit: Regularium personarum, & in Constitutione eiusdem Pontificis superdictam Constitutionem declarante, & extendeante anno 1570, die latij 16, que incipit, Romanum Penitentiam, quam ad